

beneficiorum loco subrogantur, at quod loco alicuius subrogatur, eius naturam sapit. l. si eum. §. qui in iurarij. ff. si quis caut. & ita docent Gygas de pensionibus, quaest. 74. n. m. 4. & sequentibus. Ioannes Baptista eodem tract. quaest. 20. Puteus decisione. 469. lib. 2. Ioannes Paulus decisione 188. lib. 2. Bermondus de publicis concubinaris. §. qui verò solutus est, si continere non sit. numer. 3. Couar. Iulius Clarus, Gregor. Lopez, Salzedo, Ludouicus Lopez ubi eos num. sequenti referam. Azor, nu. 3. allegatus. Flaminius referens diuersas Rotae decisiones lib. 1. de resignat. benef. q. 1. nu. 15. & lib. 6. q. 2. numer. 115. Zuallos in quaest. practica. q. 147. num. 3. Emanuel Sa summa verb. pensio. nu. 4. Nauar. c. quando, de consec. d. 1. c. 2. nu. 53.

Imò stylus curiae, qui facit ius. c. quàm graui, de crimine falsi, habet eiusmodi pensiones per matrimonium vacare, etiam si nullo spiritali onere, adiecto sint constituta. Ita Couar. Gregor. Lopez, Salzedo, Ludouicus Lopez, num. 3. allegati, Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. finali, in practica criminali. q. 73. nu. 5.

Sunt tamen praedicta limitanda, nisi exteore literarum assignationis pensionis, apparet mentem Pontificis esse, pensionem illam durare toto vitae pensionarij tempore, etiam si vi laicus in posterum se habeat. Tunc enim ex eacta Pontificis voluntate non vacaret per matrimonij cōtractum. Sic Gygas de pensionibus. q. 54. nu. 4. fin. Ioan. Baptista Cacialpus eodem tract. q. 30. Couar. Greg. Lopez, Salzedo,

Sed dubitabis, quid si Pontifex referret pensionem alicui ea lege vt possit ea retinere, si ad ordinem militare transiens, ac legitime in eo professione emissā ineam matrimonij, iuxta eius ordinis institutū: & hic ante annū nouitatus transactā professione facta, postea vxorē ducat, an possit pensionem retinere? Quæstio hæc pedit ex cognitione eius, an decretū Tridentini scilicet. c. 15. de regular. statuens nullā professionem validam esse nō præmissio integro nouitatus anno, locum habeat in his ordinibus militarijs, qui vitā in communi non transigunt, nec perfectā castitatem vouēt, sed cōiugalē. Si enim in illis locū habeat, amittet hic pensionem per matrimonij cōtractū, vt porē qui ante professionem legitime emissam matrimonij iniij, contra cōfessionis formā. Si verò non habeat locū,

non amittetur pensio: eo quòd professio valet, ac proinde forma seruata sit. Flaminius de resignat. benef. lib. 3. q. 2. à. nu. 115. vsq. ad. 120. ait occurrente hoc casu dubitatum fuisse de hac re, & resolutum fuisse, ac ita ipse quoq. resolut non habere locū praedictum decretum in ordinibus militarijs. Tum, quia milites illorum non sunt in proprijsimo rigore loquendo religiosi: & quāda illos comprehendere voluit Tridentinum, fecit expressam de illis mentionem, vt sess. 25. de reform. cap. 18. tum etiam, quia eadem sess. 25. de regular. c. 16. loquitur continuatiuē ad cap. 15. praecedens, vt constat ex dictione, quoque, posita statim in principio, ibi. *Nulla quousq. renūciatio.* At id cap. 16. agens de bonorum renūciatione, manifestè loquitur de religiosijs paupertatem veram vouentibus, quales non sunt hi. Ergo & caput. 15. praecedens loquens de ætate, & nouitatu requisitis ad professionis valorem, non loquitur de his. Et ita ipse censet, & dicit maiorem partem Cardinalium congregacionis Concilij Tridentini id sensisse: licet postea contrarium decreuerit congregatio in militibus. D. Ioannis, ex nouo ipsorum statuto huic decreto adhaerenti. Quare aperte vult secluso eo statuto, nec eos comprehendere. Et ita probat ratio ab eo adducta, & continuatione, cap. 16. loquens de religiosijs solis veram paupertatem promittentibus. Et hæc sententia mihi placet: quamuis Nauar. lib. 1. consil. tit. de his que vi, in priori editione, consil. 5. numer. 4. & sequentibus, in posteriori, consilio. 9. à numer. 4. & Manuel. 2. tomo summa, cap. 8. numer. 2. conclus. 1. velint id decretum habere locum in omnibus ordinibus militarijs. Quòd vniuersaliter loquatur de religionibus. Sed iam contrarium probauimus.

Ex dictis inferitur coniugatum clericum incapacem esse veræ pensionis, quæ titulo clericali conferri solet. Si enim antea habitam verè perdit ob statum incompatibilem: à fortiori erit incapax nouæ acquirendæ. Præterea, quia incapax beneficij est etiam incapax pensionis, saltem de stylo Curiae, vt bene docet Nauar. lib. 1. consil. tit. de tempor. ordin. in priori editione, consil. 23. nu. 2. in posteriori, consil. 11. n. 2. At coniugatus est incapax beneficij vt probauit disp. 42. n. 14. Dixi autem esse incapacem, nisi ex Pontificis summi dispensatione. Pontifex autem potest iuste illam

concedere coniugato, non solū ob ministrationem, quæ coniugatus Ecclesie præstitit, sed ratione paupertatis, aut alia iusta causa eocurrenti. Quia non est Pontificis potestas in cōferendis pensionibus alligata, vt ex sola causa famulatus Ecclesie illas concedat. Quare proors culpa vacat pensiones coniugati accipientes à Pontifice, absq. tali famulatu. Sic docent Victoria relectione. 1. de simonia. n. 50. Nauar. summa latina. c. 25. n. 119. hispana. c. 28. addita. d. n. 125. c. 25

& miscellaneo. 45. de oratione, in noua editione, nu. 4. Gutierrez. q. canon. lib. 2. c. 5. n. 26. Manuel. 2. tomo summa. c. 21. nu. penultim. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. d. c. 25. column. 3. §. porro dubitari. Vega 2. tomo summa. c. cap. 65. casu. 3. Quanius 30tus lib. 1. o. de iust. quest. 5. ar. 6. column. 1. vers. de pensionibus autem, id non comprobet dicens non carere absurditate, si pensiones ob a iam causam, quàm ob Ecclesie famulatum concedantur.

DISPUT. QUADRAGESIMA QUINTA.

An non tantū peccet retinens beneficium, vel pensionem, post initum matrimonium: sed etiā ea recipiens, aut retinens animo non permittendi in statu clericali, sed transeundi ad matrimonium?

SUMMARY.

Recipiens beneficium parochiale animo recipiendi sacerdotium intra annum, nec postea recipiens sua culpa, non tenetur restituere fructus perceptos eo tempore, quo voluntas durauit, nu. 1.

Tenetur restituere fructus, si à principio non intendebat, nec postea promotus est. & ipso non restituente, tenetur qui conscius eius iniqui animi ei contulit beneficium, numer. 2.

Non est expectanda sententia ad hanc restitutionem, & an in foro externo possit hic cogi restituere? nu. 3.

Peccat mortaliter parochiale acquirens, aut retinens absque animo assumendi sacerdotij intra annum, & tenetur aut mutare voluntatem, aut illud dimittere: ac valeret collatio, nu. 4.

An taliter tenetur fructus restituere, vt illorum dominium non acquirat: & quid distet siue acquirat, siue non? num. 5.

Proponuntur casus, in quibus versatur difficultas, nu. 6.

An recipiens curatum animo per annum fruendi fructibus, ac postea eo relicto transiendi ad nuptias: ac mutata voluntate promotus est, tenetur fructus restituere? numer. 7.

Quid, si mutata voluntate promotus est ad subdiaconatum, Episcopo dispensante ratione studij ne ad sacerdotium promouetur intra septennium: & iniuratur sacerdotio intra id septennium? nu. 8.

Quid, si mutet voluntatem, & tandem non

iniuratur tempore praescripto, an excusetur à fructuum restitutione, quos percepit tempore recte intentionis? nu. 9.

Quid, si animo dubio, aut conditionali acceptum curatum? nu. 10.

An si intendens promoueri accepit, ac mutata voluntate non est promotus, tenetur restituere fructus mutata voluntate receptos? nu. 11.

Quid, si accepit non animo permittendi in illo, sed donec pinguis obtineat, ac id cum alio permittet, aut renunciet pensione reseruat? nu. 12.

An tenetur restituere fructus beneficii simplex, cui ordo sacer annexus est, illud recipiens absque animo ordinis assumendi, sed fruendi ad tempus fructibus, & eo relicto ducendi vxorem? nu. 13.

Lethal: est recipere, aut retinere beneficium simplex, cui ordo sacer annexus est, animo ordinis illius non assumendi: & quid, quando est conditionalis, aut dubius animus? nu. 14.

Quando dicatur ordo sacer annexus: & an sit mortale recipere capellanas, quibus onus miserum iniunctum est, animo non assumendi sacerdotij? nu. 15.

An sit mortale recipere beneficium simplex, cui ordo sacer non annexus, animo non perseverandi in clericatu, sed vxoris ducenda? Resertur quadam sententia, nu. 16.

Non est culpa recipere huiusmodi beneficium animo ordinis sacri non assumendi, at perseverandi in clericatu, nu. 17.

An huiusmodi beneficium tenetur habere animam assumendi ordinis sacri, instante

neceffitate, aut utilitate Ecclefie, aut Epifcopo cogentem. 18.

Sola culpa venialis est, recipere beneficium simplex, cui ordo sacer non annexitur, animo fruendi ad tempus fructibus, & postea eo relicto ducenda vxoris, n. 19.

Similis culpa est, recipere eo animo pensionem, quæ titulo clericali confertur. n. 20.

Disputatio hæc pædet ex intelligentia textus. c. commissa, vers. cæterum, de elect. in 6. vbi decernitur, obrinentem beneficium parochiale absque animo assumendi intra annum sacerdotij, prout dispositum est. c. licet canon, eodem tit. & lib. teneri fructus restituere. ibi. Cæterum si promoueri ad sacerdotium non intendens, parochiale receperis Ecclesiam, vt fructus ex ea per annum percipias, postmodum dimisurus. (nisi voluntate mutata promotus fueris) teneberis ad restitutionem fructuum eorundem: cum eos receperis fraudulenter. Potest ergo quæstio hæc tractari tã de beneficio curato, quàm simpliciter. De quibus seorsum differã. Prius ergo agendo de beneficio curato, id tantum certum præmittendum est, hunc recipientem beneficium curatum animo assumendi Sacerdotij intra annum, non teneri fructus perceptos eo tempore, quo sanam habuit intentionem restituere: quantis postea mutata voluntate minimè promoueat intra annum ad sacerdotium. Quod d. cap. commissa, solus accipiens curatum, nec promoueri intendens obligetur ad fructus illius restituendos. At hic reuera intendebat promoueri. Atque ita docent ibi glossa verb. non intendens. Et ibi Dominicus, §. cæterum, num. vnico, notabili. 2. D. Anton. 3. p. tit. 15. cap. 1. §. 3. ad finem. Syluest. verb. beneficium. 3. q. 2. Armilla verb. beneficium, num. 86. Tabiena verb. beneficium. 3. q. 22. n. 25. Sotus lib. 10. de iust. q. 5. art. 6. columna 2. conclusione. 1. Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij. c. 255. columna. 4. propositione. 2. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione, cap. 30. concl. 6. n. 6. Vega. 1. tom. summa, cap. 36. casu. 23.

Similiter est certum, eum qui recepit curatum, non intendens promoueri intra annum ad sacerdotium, nec promotus est, teneri fructus perceptos eo tempore iniquæ voluntatis restituere. Est enim expressa decisio textus. d. c. cap. commissa, vers. cæterum. Et fatentur omnes. Immo

& textus iubet, vt qui sciens prauam illam intentionem contulit illi beneficium, teneatur Ecclesiam seruari indemnem, restituendo illi fructus. Quod intelligitur in subsidium, nimirum non restituente principali, tunc enim ipse tanquàm cooperatore ad iniustitiam tenetur fructus restituere: à quo illo restituente ipse excusabitur. Satis enim consultum est damno Ecclesie. Atque ita docent Glossa eo, cap. commissa, in fine. Et ibi Dominicus, §. illum. n. 2. Angelus clericus. 7. num. 5. Deducendumque ex ea restitutione est salarium, quod prestitum est vicario, quie o tempore curato beneficio inseruiuit. Id enim in necessarium Ecclesie ministerium est impensum. Ita docent Gabriel. 4. dist. 15. quæst. 8. art. 3. dubio. 1. Angles floribus 2. p. vbi de restitutione, quæst. vnica, de clericis restitutioni obnoxij, art. 1. dubio. 6. Gutierrez quæst. canonic. libr. 2. cap. 5. num. 23.

Hæc autem restitutio obligat in foro conscientie, & ita non desiderat iudicis sententia. Quauis enim rationem aliquam pœne subeat, & res odiosa fiat potius est damni illati Ecclesie compensatio, cuius fructus fraudulenter acquiruntur, non habita intentione assumendi ordinis necessarii ad ministerium illius beneficii: quod sub ea tacita conditione confertur, vt fructus minimè absque ea intentione ita acquirantur, quin necessariò restituendi sint. Et ita docent Glossa eo. c. commissa, in fine. Et ibi Francus, §. porro. n. 2. Dominicus ibi. §. illum. n. 2. Rebuffus praxi benefic. tit. de non promotis intra annum. n. 15. Sotus lib. 10. de iust. q. 5. art. 6. columna. 3. verb. percontaris. Nauar. c. quando de consec. d. 1. c. 21. nu. 47. & 49. Angles floribus. p. 2. vbi de restitut. quæst. vnica, de clericis restitutioni obnoxij, artic. 1. dub. 5. Gutierrez quæst. canonicis. lib. 2. c. 3. n. 20. fine. Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij. c. 256. columna. 2. §. nihilominus respondetur. At Rebuffus dicens ita censuisse Senatam, & Gutierrez. nu. 21. negant adionem Ecclesie ad eos fructus repetendos: nec in foro externo coactionem ad id admittunt: sed id confessario relinquendum asserunt, vt obliget ad eam in foro conscientie restitutionem. Nec quo ducantur fundamento explicant. Nec illud video: & ideo melius dicunt Glossa, Francus, & Gutierrez proximè allegati,

de-

decisionem illius textus in vtroque foro locum habere: ac proinde probata fraude dationem ad eos fructus repetendos. Si enim iniuste, ac fraudulenter (vt ait textus) acquisiti sunt: cur fraudulenter acquirens non erit in foro externo restituere compellendus?

Hinc inferitur, peccare mortaliter recipientem beneficium curatum, neq; intendentem promoueri ad sacerdotium intra annum. Tum, quia contrauenit præcepto iustissimo Concilij Lugdunensis. c. licet ca non, de elect. in 6. Tum etiam, quia recipit fructus contra iustitiam. Cum eos teneatur restituere. Sic docent Angelus, verb. clericus. 7. nu. 5. Sotus lib. 10. de iust. q. 5. ar. 6. colum. 3. vers. sed est prætere. Nauar. summa. c. 25. latine, nu. 18. vers. 10. hispanè num. 124. Toledo lib. 5. summa. c. 5. nu. 5. Graffis. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 97. num. 54. Quare tenetur hic aut mutare voluntatem, aut dimittere id beneficium cum fructibus, aliàs peccabit mortaliter, vt pote qui in pristina voluntate iniqua perseuerat. Sic Sotus ibidem, & Nauar. c. quando, de consec. d. 1. c. 21. num. 51. Addit tamen bene Sotus, licet non desiderit promoueri, sed proposuit habuerit ducendi vxorem, illum acquisiuisse verum beneficij titulum, & ideo si mutata voluntate voluerit intra annum presbyter fieri, posse absque noua prouisione retinere beneficium. Quia. c. licet canon, de elect. in 6. tantum priuat huc beneficio, quando intra annum non promouetur: & c. commissa, vers. cæterum, eodem tit. & lib. solum priuat fructibus recipientem absq; legitima intentione: at non irritat titulum. Et idem docet Nauar. d. c. quando nu. 48.

Imò hunc sine legitima assumendi sacerdotij intentione recipientem beneficium curatum, nõ acquirere dominium fructuum durante ea intentione perceptorum, affirmant Francus. c. commissa. §. porro, nu. 2. de elect. in 6. Sylu. beneficium. 3. q. 2. D. Anton. 3. p. tit. 15. c. 1. §. 3. ad finem. Sotus lib. 10. de iust. q. 5. art. 6. col. 3. vers. sed est prætere, & vers. percontaris: dicunt enim hunc non efficere fructus suos. Sed meritò ab eis discedit Nauar. cap. quando, de cõf. d. 1. c. 21. nu. 48. Quia cum habeat verum illius beneficii titulum, nec textus. d. cap. commissa, §. cæterum, eum priuet dominio fructuum, sed tantum obliget ipsum ad restituendos eos: non est cur deneganda sit illi acquisitio dominij illorum fructuum.

Cum fructus beneficii acquirantur habenti legitimum eius titulum. Nec est quæstio de nomine, sed multum refert vtrum horum dicatur: Si enim hic parochus sit dominus fructuum, & doner aliquos in propria specie, non effectus ob id impotens ad restituendum, nõ tenebitur donatarius illos restituere, parochus non restituente, vt pote qui rem à vero domino accepit. Quod secus esset, si non esset dominus.

Difficultas autè in quatuor casibus consistit. Primus est, quando recipiens curatum non intendebat promoueri, & tandem mutata voluntate intra annum promouus est, an teneatur restituere fructus perceptos eo tempore quo caruit intentione? Secundus, quando animus recipiendi sacerdotij fuit dubius, aut conditionalis. Tertius, quòdo initio verus animus adfuit, at postea mutata voluntate non est promotus. Vltimus, quando animus adfuit implendi omnia ad quæ tenetur, at non permanendi in eo beneficio, sed donec pinguius assequatur, aut illud renunciet penione reseruata, aut permutat.

In primo igitur casu, Sotus lib. 10. de iust. q. 5. ar. 6. col. 3. paulò ante vers. percontaris, affirmat teneri hunc fructus restituere perceptos eo tempore, quò intentione caruit. Quare parentem illam textus. c. commissa, vers. cæterum, de elect. in 6. ibi, (nisi voluntate mutata promotus fueris,) ait non referri ad fructus antea perceptos, quasi illos acquirat parochus ob voluntatis mutationem: sed ad fructus percipiendos ex tunc, illos enim acquirat. Idem videtur sentire Toledo lib. 5. summa. c. 5. n. 5. vbi dicit suscipientem beneficium curatum animo non recipiendi ordines teneri restituere fructus perceptos toto tempore antecedenti mutationem volutat. Sed absq; dubio tenendum est, nullos fructus teneri eum restituere. Primò, quia expressè textus. d. c. commissa, §. cæterum, non obligat hunc absolute ad fructus restituendos, sed sub conditione, nisi voluntate mutata promotus eo anno fuerit. At hic deficit conditio, cum iam promotus sit. Nec valet expositio Soti, ad libitum enim explicat eum textum de fructibus in posterum percipiendis: eò vel maxime, quòd textus apertè loquatur de fructibus iam perceptis, vt constat ex ratione quam subdit, ibi. Cum eos receperis fraudulenter. Prætereà, quia ratio decisionis eius textus est, fraus Ecclesie facta recipiendo fructus be-

necij

neficij integro anno, ac postea amittendo illud defectu sacerdotij assumpti: prout expresse in ipso met textu dicitur. Que ratio non habet locum in hoc euentu. Cum fraus intentata non fortita sit suum effectum, nec damnum Ecclesie excogitatum sit subsequutum: illo intra eum annum assumente, prout tenebatur, sacerdotium. Ita ita clarè huius sententiæ sunt glossa c. c. commissa, verb. mutata, & verb. promovendum: & ibi Archid. in fine. Dominicus ibi. §. illum, nu. 2. super glossa, verb. promovendum, vbi dicunt promotione sequuta purgari fraudem. Et tenet impugnato Soto, Naar. c. quando, de consec. d. 1. cap. 21. nu. 46. & 50. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. d. 1. c. 25. ad finem.

Imò si Episcopus postquam parochus ille mutauit voluntatem, dispensaret cum eo ne ratione studij promoueretur ad sacerdotium per septenniū, iuxta. c. cum ex eo, de elect. in 6. prout potest, dummodo intra illum annū subdiaconus fiat, adhuc non amitteret fructus tempore præterito iniquæ voluntatis perceptos: etiam si in fine anni Episcopus dispenseret, quando iam non poterat ad sacerdotium promoueri, (potest enim tunc Episcopus dispensare, modo intra eum annum fiat subdiaconus: cum non sit priuatus, donec elabatur annum, teste Rebuffo praxi benef. tit. de non promotis intra annū. n. 43. & 44. vbi & alios refert.) Ratio est, quia textus. d. c. commissa, vers. cæterū, eximēs à restituendi obligatione fructus temporis prauæ illius voluntatis, dummodo parochus ille mutata voluntate promotus sit, nil aliud intēdit, quā vt parochus ille suæ obligationi satisfaciatur, recipiens ordinem intra tēpus iure præscriptū. At tēpus iure præscriptū est, vt intra annū sacerdos fiat, vel si Episcopus dispeseret ratione studij per aliud septenniū, vt intra illū annū ad subdiaconatū, & intra illud aliud septenniū ad sacerdotiū ascēdat. Nō igitur fructus amittere tēpore prauæ voluntatis perceptos, si intra illorū octo annorum spatium Episcopo sic dispesante sacerdos fiat, & intra illum annum subdiaconus.

Hinc inferunt, recipientē beneficii parochiale animo non ascendēdi tempore iure præscripto ad sacerdotiū, & postea mutata voluntate id intendentem, si tandem tempore præscripto non correspondit suæ obligationi ascendens ad sacerdotium, nō posse retinere fructus aliquos illius beneficii. Quia verè recipit beneficium non in-

tendens promoueri in quo casu textus. d. c. commissa, vers. cæterū, obligat eum ad fructus restituendos: & solum casum excipit, in quo voluntate mutata promotus est. Ergo quanuis mutet voluntatem, si reuera ea mutatio non habuit effectum, tenebitur integros fructus restituere.

In secundo casu, quādo quis recipit beneficium curatum hæsitans an promouetur, aut intentione conditionali, nimirum, ascendendi ad ordines tempore sibi iure præfixo, nisi interim felicitus quid sibi cōtingat, vt mors fratris primogeniti, & sit ipse futurus hæres, vel quid simile. Sotus lib. 10. de iust. quaest. 5. artic. 6. columna. 2. vers. & nota, in vtroque casu obligat ad fructus restituendos, perinde ac si verè recipere beneficium non intendens promoueri. Et ipsū sequitur Gutierrez lib. 2. q. canon. cap. 5. numer. 22. Ducuntur, quōd textus. d. cap. commissa. §. cæterū, absolute recipiendi sacerdotij intentionem postulet, vt parochus iura conscientia fructus comparet: cum enim absolute percipiat fructus, absoluta quoque, debet esse intentio. Aliās verificatur ratio textus, nimirum, fraudulenter hunc fructus percipere. At verius est recipientem ea intentione conditionali non teneri fructus restituere. Ducor, quia textus. d. cap. commissa. §. cæterū, loquitur de illo, qui à principio cum accipit Ecclesiam, habet animum non assumendi sacerdotij, sed fructibus fruendi, (vt expresse docet Anchar. d. cap. commissa, numer. 3. notabili. 6.) Atque ita loquitur de volenti fraudulenter lucrari fructus anni dati ad assumendum sacerdotium. Quod in hoc non verificatur, nec enim beneficium animo doloso suscipit, nec caruit intentione assumendi sacerdotij, sed illā firmā habuit, nisi felicitus illo tempore quicquam contingeret. Et confirmatur, quia negatio illa præcedens illud participium, intendens, dicitur. cæterū, negat quidquid post se iuuenit, & eius oppositum ponit. Cum ea sit negationis natura. Quare intelligitur de nullam habenti intentionem. At intentio conditionalis est intentio: sicut dispositio conditionalis est vera dispositio, quanuis non tanti effectus ac simplex. §. omnis, in fine. de verb. oblig. & c. si pro te, de rescrip. in 6. & ideò hanc sententiam sustinent Naar. summa latina. c. 25. nu. 118. ad fin. & c. quando, de consec. d. 1. c. 21. nu. 45. vers. 34. & miscel. laneo. 45. de oratione, in noua editione,

num.

nu. 5. vers. sexto. Grassis. 1. p. decisionū, lib. 2. c. 97. nu. 55. Manuel. 1. tomo. summa 2. editione. c. 30. nu. 6. concl. 6. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. d. 1. c. 25. col. 7. §. post hæc superest. Vega. 1. tomo summa. c. 36. c. 1. §. 2. Vnde nec peccat accipiens curatum ea intentione conditionali. Quod bene docet Naar. eisdem locis: & colligitur ex reliquis allegatis contra Sotum. Quia textus intentionem petit, & hic reuera illam habet. Quando autem animus esset verè dubius, crederem eum peccare mortaliter, & teneri fructus restituere. Quippe hæsitans non habet veram intentionem. Et ita cum Soto, & Gutierrez, sentiunt Manuel, Ludouicus Lopez, & Vega ibide. Nec credo Nauarum sententiam oppositam, confundit enim animum dubium cum conditionali: & rationes, quas affert, de solo conditionali probant, ac proinde de illo solo intelligitur sua sententia.

In tertio casu, nimirum, quando recipit curatum intendens promoueri, & postea mutata voluntate non promotus est, an teneatur fructus perceptos à tempore, quo mutauit voluntatem, restituere. Quidam asserunt eum teneri, vnde dum textus. c. commissa, vers. cæterū, de elect. in 6. solum obligat ad hæc restitutionem, recipientem curatum absq; intentione sacerdotij assumendi: dicunt intelligi textū de fructibus perceptis ante voluntatis mutationem, secus de perceptis postea. Quōd militet eadem ratio, ac quando à principio non habuit intentionem: iam enim ex tunc verificatur hunc intentionem non habere. Insuper militat ratio reddita in textu, ex tunc enim fraudulenter recepit fructus: & Ecclesia patitur id dampnum, vt hic retineat residuo tempore illius anni fructus beneficii, & eo transacto vacet, eō quōd ad sacerdotium promotus non sit. Ita docent glossa. d. c. commissa, verb. non intendens, & ibi Dominicus. §. cæterū, nu. vnico, super eam glossam. Sotus lib. 10. de iust. q. 5. ar. 6. col. 2. concl. 1. Naar. summa hispana c. 25. nu. 124. Angles Floribus. 2. p. vbi de restitutione. q. vnica de clericis restitutioni obnoxiijs. ar. 1. dubio. 6. Gutierrez lib. 2. quaest. canon. c. nu. 23. Toledo lib. 4. summa. c. 18. nu. 4. Grassis. 1. p. decisionū, lib. 2. c. 97. nu. 54. At verius est non teneri eos fructus restituere. Quia textus solum obligat recipientem beneficium nec intendentem promoueri: at hic intendens promotus illi iure recepit. Nec eadem ratio militat

in vtroque casu. Quōd longè grauioris culpareus sit, qui ab initio fraudulenter accipit Ecclesiam carens animo sacerdotij assumendi, quā bona intentione recipiens, & postea ea mutata retinens. Et ita docet Naar. c. quando, de consec. d. 1. c. 21. nu. 50. & summa latina. c. 25. nu. 118. vers. decimo, & in effectu hanc partem sustinent Ludouicus Lopez. 1. p. instr. d. 1. c. 25. col. 3. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 30. nu. 6. concl. 6. Vega. 1. tomo summa. c. 36. casu. 23. Quanuis enim hæc temperent, si eo tempore sufficientem vicarium præposuerit, qui parochi munia obeat: non est disputatio præsens, nisi an sit restituendi obligatio ob solam voluntatis assumendi sacerdotij mutationem. Et fauent D. Anton. 3. partit. 15. c. 1. §. 3. ad finem, Sylus. verb. beneficium. 3. q. 2. vbi dicunt habentem à principio intentionem non teneri fructus restituere, licet tantum temporis ex eo anno transierit, vt iam nequeat ad sacerdotium promoueri.

In vltimo casu, quando quis recipit beneficium, animo non retinēdi illud in perpetuum, sed donec pinguis habeat. Quidam id damnant, nec qualitatem culpe explicant, sed dicunt eum peccare: nec explicant de quali beneficioloquantur, sed indistinctè de beneficio agunt. Adduntque non teneri hunc dimittere beneficium, sed mutare propositum. Ducuntur, quia licet contrahens matrimonium carnale tenetur habere animum permanendi perpetuū cū vxore: ita assumens beneficium tenetur id in animo habere: vt potest qui matrimonium spirituale cum Ecclesia init. Ita docent Host. c. relatum, nu. 2. de cleric. non resid. & ibi Anton. nu. 8. Abbas in fine. Angel. clericus. 7. nu. 6. Sylus. verb. beneficium. 3. sine. Gabriel. 4. d. 15. q. 8. ar. 3. dubio. 1. Qui addit teneri hunc dimittere beneficium, aut propositum mutare. Cæterū nullum culpam video, si is firmum habeat animum inferuendi illi beneficio, qualecunq; sit, dum illud tenuerit: & impledi omnia ad quæ beneficium obligat: quanuis propositum habeat solum retinendi illud donec pinguis obtineat. Non enim est textus ubi bene vt recipientis habeat animum perpetuū id beneficium retinendi. Nec similitudo ex matrimonio carnali deducta id fundet. Cum longè diuersa ratio sit: matrimonium enim carnale est vinculum perpetuum, secus de hoc spirituali. Et ita docet Naar. summa. c. 25. latina, nu. 118. vers. 30.

hispa.

hispani. n. 14. sine. Manucl. & Vega, nu. precedenti allegati. Vnde bene Nauar. lib. 3. consil. in 1. editione. tit. de prebendis, consil. 24. nu. 2. ait non peccare recipientem beneficium parochiale firmo animo inferuendi illi tempore, quo id habuerit, donec illi renunciaret reueruata pensione ex Pontificis licentia, vel permuere cum alio: & si proponat vnico solo die tenere illud, dummodo eo die impleat quod tenetur.

13 Haecenus de beneficio curato habitus est sermo: iam de beneficio simplicij agendum est, qualiter peccet, ac teneatur restituere fructus, illud accipiens fraudulenter, animo nimirum fruendi ad tempus illius fructibus, & non ascendendi ad ordines sacerdotum, sed relinquenti statum clericalem, ac transeundi ad matrimonium. Et ad fructibus incipiendi, quibusdam placet teneri hunc ad fructus restituendos. Quia quantum commissa, vers. ceterum, de elect. in 6. praecipiens hanc restitutionem, loquatur de beneficio parochiali, at ratio in textu tradita, nempe, fraudulenter recipi fructus, non habita ea intentione recipiendi ordines, procedit quoque in beneficio simplicij. Huius sententia sunt, Rebuffus pract. benef. tit. de non promotis intra annum, nu. 83. Gabriel. 4. d. 15. q. 8. art. 3. dubio. 1. Adrianus. 4. materia de restitutione. q. de Ecclesiasticis contentibus redditus beneficij ultra decentem necessitatem. §. pro responsione ad quaesitum, vers. ex qua conclusionem, in paruis voluminibus est fol. 128. pagina. 1. Sed dicendum est eum non teneri restituere fructus. Quia id solum constitutum est. d. c. commissa, vers. ceterum, de habitibus beneficia parochialia: quare cum multo leuius delictum sit recipere simplicia absque intentione assumendi ordinis sacerdotis annexi, non est cur decretum illud penale, & odiosum, sit extendendum ad beneficia simplicia. Et ita tradunt Sotus lib. 10. de iust. q. 5. ar. 6. col. 3. vers. de alijs autem. Nauar. summa latina. c. 25. nu. 118. hispana, nu. 124. & c. 28. addit ad nu. 125. c. 25. & c. quando, de consecr. d. r. c. 21. nu. 51. Angles Floribus. 2. p. vbi de restitutione, q. vnica de clericis restitutioni obnoxii, art. 1. dubio. 4. Gutierrez quaest. canon. lib. 2. c. 5. n. 24. Toledo lib. 4. summae cap. 18. nu. 4. & lib. 5. c. 5. num. 5. Emannel Summa, verb. beneficium, nu. 38. Ludouicus Lopez. 1. p. instruct. c. 256. §. porro alia questio. Grassi, 1. p. de cessionum, lib. 2. c. 97. nu. 5. Manucl. 1. tomo summae. 2. edit.

-sqld

tionem. c. 30. n. 4. concl. 3. Vega. 1. tom. summae. c. 36. casu. 20. §. à lo segundo.

14 Grauior autem est difficultas de culpa, qualis sit beneficium simplex accipere animo non perseverandi in statu clericali, aut non ascendendi ad ordines sacros: Et quidem quando est annexus ordo sacerdotum beneficium simplicij, est culpa mortalis id accipere, aut retinere animo non recipiendi ordinem annexum illi beneficio. Quia iure naturali, diuino, & humano, accipiens officium debet curare esse habilis ad illud. Idem iuris, ff. ad l. Aquilianam. c. non est putanda. 1. q. 1. & ita tenent Sotus lib. 10. de iust. q. 5. art. 6. col. 4. paulo ante vers. de pensionibus autem. Gutierrez lib. 2. quest. canon. c. 5. nu. 25. Toledo lib. 3. summae. c. 5. nu. 5. & lib. 4. c. 18. nu. 4. vbi addit ubi absoluentium non esse, donec aut animi mutet, aut beneficium dimittat. Ludouicus Lopez. 1. p. instruct. c. 256. col. 3. §. iam & alia minutura. Et videtur sentire Nauar. c. quando, de consecr. d. i. cap. 21. nu. 5. vbi dicit esse peccatum, quamuis non explicet sit veniale, an potius mortale. Quibus idem Nauar. summa latina. c. 25. nu. 118. ad finem, dicit habentem simplex beneficium absque animo recipiendi ordinis sacerdotum, & incedendi in habitu clericali, delinquere mortaliter, non ratione intentionis non assumendi ordinem, sed defectu habitus clericalis. Sed forte potest intelligi de beneficio simplicij non habente ordinem sacrum annexum. De quo agemus, num. 16. & sequentibus. Idem colligitur ex Emanuel Summa, verb. beneficium, nu. 39. vbi ait habentem beneficium, cui est ordo sacerdotum annexus, teneri intra annum ordinem ad illud requisitum recipere. Similis est culpa, si animus esset dubius, vt de beneficio curato probauit, nu. 10. secus si animus esset conditionalis: tunc enim non peccaret, vt eo. nu. 10. dixi de recipiente curatum. Et quamuis Gutierrez id neget in beneficio curato, admittit tamen in simplicij, lib. 2. quest. canon. c. 5. nu. 27.

15 Sed petes, quando ne dicatur annexus ordo sacerdotum beneficij simplicij. Id quidem bene, & breuiter explicuit Sotus lib. 10. de iust. q. 5. ar. 6. col. 4. vers. de alijs, dicens cui est annexum clericale obsequium. Idem Nauar. c. quando. c. 2. 1. nu. 51. vbi reddens rationem, cur teneatur habere animum accipendi ordinem sacrum, recipiens beneficium, cui ille est annexus, ait, quia accipiens munus aliquod, debet curare esse ha-

bilis

bilis ad illud obendum. Sentit ergo id beneficium habere ordinem sacrum annexum, quod obligat ad obsequium aliquod clericale, quod absque ordine illo sacro exerceri nequit. Praeterea, quia petente fundatore capellania, vt capellanus tot faciat sacra, est omnium sententia, exigi ordinem sacerdotalem ad illam: ac solum maxime controuertitur inter Doctores, an is ordo actu exigatur in capellano eligendo: an potius sufficiat vt postea inicietur, vt potest videri in Lambertino de iurepat. lib. 2. p. 1. q. 7. toto ar. 29. Gutierrez toto consil. 1. Spino speculo testam. glossa. 4. principalis n. 68. Zuallos in quaest. pract. q. 693. Concludo ergo id beneficium dici habere ordinem sacrum annexum, quod obligat ad onus aliquod petens ordinem sacrum: quod autem non obligat ad ministerium requirens ordinem sacrum, non habere illum annexum. Ex quo rursus sit accipiens capellaniam, aut retinentem absque animo saltem conditionali ascendendi ad sacerdotium, quando ea habet missarum onus annexum per capellanum implendum, peccata lethaliter: iuxta dicta n. praecedenti. Nam ea habet ordinem sacerdotij annexum, sine quo id onus missarum iniunctum impleri nequit. Id verò temperarem, quando capellania esset magni momenti, vt si excederent redditus centum numeros aureos: aliam reputarem eam tenentem ad hunc effectum, vt esset culpa lethalis illam accipere absque animo sacerdotij assumendi, implendo tamen fideliter ea, ad quae capellania obligat: nisi institutor verba rigida apponeret, quibus suam mentem esse explicaret, non posse per substitutum illi deferri. Et ducor, quoniam capellania tenuis non obligat eo rigore, quin consuetudo habeat vt illi per alium deferatur.

16 Quando verò non est annexus ordo sacerdotum beneficij, non ita clare loquuntur Doctores, qualis culpa sit illud recipere animo non ascendendi ad ordinem sacrum, nec perseverandi in clericatu, sed ducendi uxorem. Sotus lib. 10. de iust. q. 5. ar. 6. col. 4. paulo ante vers. de pensionibus autem, dicens esse mortale recipere beneficium, cui est annexus ordo sacerdotum, absque intentione ordinis illius assumendi, subdit, si nullus ordo sacerdotum sit annexus, saltem necessariam esse intentionem clericorum more viuendi: absurdum enim dicit esse retinere, cum animo ad matrimonium conuolandi, aut seculariter redditi: imò ait non vacare culpa,

possidentem praestimonia cum ciuismo seculari animo, & habitu. Vbi videtur censere non esse mortale, beneficia simplicia nullum sacrum ordinem annexum habentia recipere animo non assumendi ordinem: ac esse mortale, ea recipere cum intentione non permanendi in statu clericali, sed transeundi ad nuptias. Quia in priori membro de culpa lethali egit, & ita mentem Soti esse vt sit culpa lethalis, intellexit Nauar. c. quando, de consecr. d. 1. c. 21. n. 52. Sotum sequitur Gutierrez cum eadem confusione loquens, lib. 2. quaest. canon. c. 5. nu. 25. & videtur sentire Toledo lib. 3. summae. c. 18. nu. 4. & lib. 5. c. 5. nu. 5. quibus in locis indistinctè ait rem esse culpae mortalis, accipientem, aut retinentem beneficium simplex animo vxoris ducendam. Et in terminis proprijs Nauar. miscellaneo. 44. de oratione, in noua editione, nu. 2. dicit esse peccatum mortale recipere beneficium simplex, animo mutandi postea statum clericalem in coniugalem. Et quamuis hic non explicet, si id beneficium non habeat ordinem sacrum annexum: dicit sententiam, quam ipsemet habuerat. c. quando. c. 21. n. 52. vbi expressè dixit non esse mortale recipere beneficium non habens sacrum ordinem annexum, cum proposito postea eo relicto transigendi ad matrimonium, intelligendam esse, quando intentio mutandi statum non est absoluta, sed sub conditione, si aliquid felicitus obtigerit. Vnde clare tenet in hoc casu esse culpam lethalem. Et idem Nauar. miscellaneo. 45. nu. 5. & lib. 3. consil. tit. de prebendis, in 1. editione, consil. 16. nu. vnico, Flaminus de resignatione, benef. lib. 4. q. vlt. num. 42. Gutierrez lib. 2. quaest. canon. c. 5. nu. 26. dicit peccare, non explicantes qualitatem culpae, recipientem beneficium, cum intentione postea statum clericalem deserendi. Et loquitur indistinctè de beneficio. Et fundamentum huius sententiae est, beneficia instituta esse ad sustentandum clericum in statu clericali, quare ordo perueritur, & debitus finis, quando ea suscipiuntur animo fructus ad tempus capiendi, ad sustentandum postea secularem statum, ac coniugalem.

17 Prima tamen conclusio sit. Quando beneficium simplex nullum ordinem sacrum annexum habet, vacat profus culpa, illud recipere cum intentione nullius sacri ordinis recipiendi: at in statu clericali perseverandi, ac satis faciendi oneribus ad quae beneficium obligat. Cum enim nullum ius

obli-

obliget hunc ad suscipiendos ordines sacros, nec beneficium eos petat, nullius praecepti reus est caris eo animo: ac subinde nec venialiter peccat. Et ita videntur sentire, Sotus, & Gutierrez, nu. praecedenti allegati, & tenent Nauar. summa latina c. 25. n. 118. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. c. 25. col. 3. §. iam & alia minutura. Manuel. 1. tomo summa. 2. edition. c. 30. nu. 6. concl. 6. & nu. 4. c. 6. l. 3. Vega. 1. tomo summa. c. 36. casu. 25.

18 Hinc deducitur possessorem beneficij, cui non est ordo sacer annexus, non teneri habere absolutam voluntatem recipiendi sacros ordines extante virilitate, vel necessitate Ecclesiae: sed satis ei est habere voluntatem absolutam subeundi omnia onera beneficio annexa tempore, quod ille possederit: & disiunctam assumendi ordines sacros, cum Episcopus cogente necessitate, vel virilitate Ecclesiae iusserit, aut dimittendi beneficij. Ita Nauar. lib. 3. consil. in vtraq; editione, tit. de prebendis, consil. 1. fin. Et miscellaneo. 44. de oratione, in noua editione, in fine.

19 Secunda conclusio. Probabilis credo non peccare mortaliter, recipientem, aut retinentem beneficium simplex, cui sacer ordo annexus non est, animo illud ad tempus retinendi, & eius fructibus fruendi: postea; eo deserto ad secularem vitam, aut coniugalem transeundi: dum modo eo ani-

mo accipiat, & retineat, vt velit ei sufficere inferuire, donec illud mutato statu relinquat. Quod nullo iure probetur teneri hunc habere animu sub culpa mortali perseuerandi in statu clericali: imò iura liberu ei concedunt transitum ad nuptias, modò beneficium relinquat. c. Ioannes. c. diuersis, de cleric. coniug. Ita docet Nauar. cap. quando. c. 21. nu. 52. Id tamen concederem Doctoribus, num. 16. allegatis, nempe, esse culpam venialem. Quia negari non potest esse aliqualem debiti ordinis peruersionem, vt probat ratio, nu. 16. in fine adducta: non tamen ea est tanti momenti, vt culpam lethalem constituat.

20 Vltima conclusio. Similis culpa venialis est, acceptare pensionem titulo clericali collatam, animo ea ad tempus fruedi, & postea transeundi ad statum coniugalem. Quia aliquis debiti ordinis est peruersio: cu ea similitur constituitur ad sustentandū clericu in statu clericali, vt constat ex bullis concessionum pensionis: quibus appellat Pontifex clericu eu, cui illa concedit: & subdit, vt commodius se sustentare possit. Et ita intelligo Nauarū miscellaneo. 45. in noua editione, de oratione, numer. 5. vers. 6. dicentem hunc peccare. Qui bene addit, numer. 6. vers. 7. non teneri hunc fructus retinere. Quod constat ex dictis, numer. 13. vbi idem probauimus de fructibus beneficij simplicis eo ani mo recepti.

DISPUT. QUADRAGESIMASEXTA.

An clericus in minoribus constitutus per matrimonij contractum amittat priuilegia clericalia?

SVMMARIVM.

1 Quot condiciones desiderentur, vt clericus coniugatus retineat priuilegia, nu. 1. Nullo priuilegio gaudet, nisi vnica, & virgineam ducens, non fornicatam, ac vestes clericales deferens, ministrat Ecclesiae, nu. 2.

2 Quando non incurrit bigamiam ex duplici matrimonio, aut ex eo inito cum corrupta: aut non veram bigamiam, quia duxit virginem, & eam post adulterium cognoscit, non perdit priuilegium canonicis, & fori, nu. 3.

3 Effectus bigamus gaudet priuilegio fori quoad delictum antea commissum: & quo ad hoc spectatur delicti tempus, nu. 4.

4 An sit opus omnes vestes internas, & exter-

nas esse clericales? nu. 5.

5 Qua dicenda sint vestes clericales? nu. 6. Cuius iudicis sit hoc cognitio, & an clericus habeat condiciones requisitas, & in quo carere debeat esse pendens, ac litens? nu. 7.

6 An amittantur hac priuilegia per vnica habentis dimissionem? nu. 8.

7 Quid, si clericus non deferat tonsuram, quod capillis caret? nu. 9.

8 An debeant tempore delicti, & captura, vestes clericales deferri, ac tonsura: & quid, si post delictum dimittantur? nu. 10.

9 Explicatur, cap. Ioannes, de cleric. coniug. numer. 11.

10 Clericus coniugatus extra duo priuilegia, repu-

1 ratur in alijs laicis, & est incapax omnium, qua clericatum possunt, nu. 12.

2 An perdat priuilegia per sponsalia, & per matrimonium ratum, nu. 13.

3 Non potest esse Vicarius Episcopi, nec delegatus ad causam spirituales. An potest esse a sefor. Et qualiter intelligatur, si eum Episcopus Vicarium nominet? nu. 14.

4 Nec potest interesse diuinis, nu. 15.

5 Nec est exemptus a gabellis, muneribus, & obsequijs, n. u. 16.

6 Quot quaestiones disputanda sint, nu. 17.

7 An desideretur aliqua monitio, vel sententia iudicis, vt clericus coniugatus amittat priuilegia? Proponuntur suadentia desiderari, num. 18.

8 Non desideratur monitio, nec sententia aliqua, num. 19.

9 Soluantur argumenta. Et explicatur motus proprius Pj. V. contra Sodomitas, an desideretur sententia, vt illi amittant priuilegia clericalia. Et Trinitinum ses. 7. cap. 10. de reformat. an absque sententia perdat priuilegia qui iniuriatur cum literis dimissorys capituli sedevacanti, non potens eas concedere? nu. 20.

10 An clericus coniugatus seruans omnia requisita, gaudeat in civilibus priuilegio fori? Refertur quadam sententia, nu. 21.

11 Proponitur auctoritas sententia, nu. 22.

12 An possit in carcerem detineri per iudicem secularem pro causa more civilis? nu. 23.

13 Soluantur argumenta, nu. 24.

14 An si vacet negotiationi, & arma portet, fenatur priuilegijs? Refertur quadam sententia, nu. 25.

15 Proponitur sententia auctoritas, nu. 26.

16 An semel dimittens habitum, & tonsuram, gaudeat priuilegijs, illi resumens? Refertur duplex sententia, nu. 27. & 28.

17 Proponitur auctoritas sententia, nu. 29.

18 An gaudeat omnibus priuilegijs defuncta vxore? nu. 30.

19 Satisfit: a gaudentis, nu. 31.

20 Disputatio hac versatur circa intelligentiam textus, c. vnico, de cleric. coniug. in 6. vbi statuitur duplici solo priuilegio posse gaudere clericum in minoribus constitutum, inuentum matrimonium: nimirum canonicis, si quis suadente. 17. q. 4. vt violentas manus in ipsum iniiciens incurrat excommunicationem: & fori, nempe, vt non pertineat ad forum iudicis secularis, in causis criminalibus, siue criminaliter, siue ciuili-

1 ter agatur: prout clericis concessum est. c. 2. de foro compet. Et petitur ibi duplex conditio, vt his priuilegijs gaudeat. Altera, vt vnica, & virginem duxerit. Altera verò, vt tonsuram, & vestes clericales deferat. Quòd huiusmodi conditionem non seruet, decernitur ibi eum nullo priuilegio gaudere. Idq; decretum confirmatum est in Tridentino ses. 23. c. 6. de reform. & additur tertia conditio, vt ijs priuilegijs gaudeat clericus coniugatus, nempe, vt alicui Ecclesiae deputatus ab Episcopo inferuiat.

2 Hinc deducitur primò, clericum bis conjugatum, aut cum corrupta, aut si cu vnica, & virgine, non deserat tonsuram, & vestes clericales, aut non ministrat Ecclesiae ex Episcopi deputatione, minime gaudere priuilegio aliquo clericali, vt expressè deciditur in textibus n. praecedenti allegatis. Quia omnes haec condiciones in eis peruntur.

3 Intellige tamen hoc verum esse, quando ex duplici matrimonio, vel cu corrupta contrahitur vera bigamia. (Quod quando eneniat, dicemus in impedimento ligaminis, tractantes de bigamia.) Si enim non contrahatur bigamia, vt quia clericus ille duxit à se solo corruptam, aut si ab alio, non consummavit matrimonium, vel si duplex iniijte matrimonium, alterum non consummatum est. Nam ratione bigamiae priuat textus, c. vnico, de cleric. coniug. in 6. clericum, qui non cum vnica, & virgine contraxit, omnibus priuilegijs clericalibus. Quare tale matrimonium id non operabitur, vbi ex eo non contrahitur bigamia. Imò si clericus post initum matrimonium cum vnica, & virgine, efficiatur interpretatiue bigamus, cognoscens vxorem adulterij quantumvis notorij ream, non ob id obseruans caetera requisita perdet priuilegiu canonis, & fori. Quia condiciones petite d. c. vnico, vt ijs priuilegijs gaudeat, inueniuntur in eo, vt pote qui vnica, & virginem duxit. Et ita sentiunt Aufferius dicēs ita decisum esse Tholosana, tit. 9. nu. 18. Farinacius practica crimin. tit. de inquisitione. q. 8. nu. 8.

4 Insuper vt clericus coniugatus amittat priuilegium fori propter bigamiam, desideratur vt tempore delicti commissi illam

contraxerit, si enim antea habens omnia requisita vt fori priuilegio gaudeat, delictum perpetret, fruetur fori priuilegio quoad id delictum, quanuis postea effectus sit bigamus, iniens aliud matrimoniu prioris vxore defuncta. Quia ad gaudendu foro, spectatur semper tempus delicti admisi, vt argumentum. l. i. ff. de pœnis, tradunt Baldus. l. affinitatis, in fine. C. communia de success. Alexand. consil. 8. ad finem, lib. 1. & consil. 149. numer. 9. lib. 6. & multi alij, quos refert, & sequitur Barbosa statim allegandus. Et ita docent in nostris terminis, Iulius Clarus ea. quæst. 36. num. 11. Anton. Cucus eo. tit. 9. num. 19. allegati, num. præcedenti. Barbosa. l. Titia. 35. n. 33. ff. solut. matrim.

Non tamen satis est clerico coniugato, vni aut altera veste clericali indui, sed omnes vestes extrinsecus apparentes, debent clericales, & honestæ esse, vt priuilegio aliquo gaudeat. Quia cap. vnico, de cleric. coniug. in 6. ibi, *Vestes deserant clericales*, non petitur vestis in singulari, sed in plurali vestes petuntur. Idem constat ex cap. si iudex, de sent. excom. in 6. vbi etiam in plurali petitur clericum vestes clericales deserere, vt donec de contrario constet, clericus præsumatur. Et redditur ratio ibi, his verbis. *Tantum est enim vt ipsæ talis, quem gestat, ex habitu præsumatur*. Et ideo ita docent glossa. d. cap. vnico, in casu positione, vers. nota, ibi, vestes. Et ibi Ioan. Andr. nu. 2. Anchar. nu. 4. notabili. 2. Dominicus ibi, in principio, num. 5. Francus in principio, nu. 1. Aufferius decif. Tholosana. 253 nu. 1. & 2. Couar. quæst. practica. c. 31. nu. 7. vers. 2. Farinacius pract. crim. tit. de inquisitione. q. 8. nu. 65. Azor lib. 13. instit. moralium. cap. vltim. q. final. Vnde si vestis non clericalis lateat, quodd exterior ita longa sit vt illam contegat, gaudebit priuilegio clericali. Et constat ex clem. 2. de vita, & honest. cler. vbi ponderatur publica vestis indecentia: ibi, *In publico portare*. Et ita docent glossa. Ioan. Andr. Dominicus, Anchar. Francus proximè allegati.

Sed quæres, quæ nam sint vestes clericales? Fatetur omnes id certis limitibus prescribi non posse. Quia. c. penul. de vit. & honest. cler. & clem. 2. eod. tit. certis quibusdã vestibus tanquã indecentibus interdicitur clericis: non tamen præscribitur quibus vti debeât. Quare id cõmuni vsu relinquendũ est, vt illæ clericales vestes cõstantur. quæ cõmuni clericorũ vsu in ea provincia re-

cepte sunt, & ex quarũ aspectu, à quocũq; clerico iudicetur. Ita glossa. d. c. penul. verb. deauratis, ibi communitur approbata, & clem. 1. verb. secularis, in fine, de elect. & c. si quis virorũ, verb. veste. 30. d. Philippus Probus addit. ad Monachũ. c. vnico, de cleric. coniug. in 6. nu. 4. Rolan. cõf. 4. nu. 27. lib. 1. Couar. multos alios referens, quæst. pract. c. 31. n. 7. vers. 4. Iulius Clarus lib. 5. receptarũ. §. final. in practica crim. q. 36. n. 13. & 14. Anton. Cuc. lib. 3. instit. maiorũ, tit. 9. n. 71. & 74. Burgos de Paz conf. 22. n. 5. Farinacius practica, tit. de inquisitione q. 8. n. 69. Azor lib. 13. instit. moral. c. vltim. q. fin. Quod quidem non ita accipiendum est, vt satis sit eos clericos coniugatos ijs vestibus vti, quibus laici vxorati iuxta regionis consuetudinem vtuntur. Sed illis indui debent, quibus laici vxorati iuxta honestè clericis coniugati vtuntur. Nã cũ ius canonicum vestium qualitatè minimè præscriperit, earum definitio consuetudini relinquatur: nec cogendi sunt ijs vestibus vti, quibus clerici non coniugati ministerio Ecclesiæ vacantes vtuntur, vt constat ex c. Ioannes, de cleric. coniug. ibi, *Cũ de consuetudine terre tuae clerici coniugati nõ cogantur iniussu portare tonsuram*. Ita cum alijs docet Couar. eodem n. 7. vers. 4.

Cuius autè iudicis sit cognitio, nũ vestes sint clericales, & an conditiones requisite concurrant in clerico coniugato, vt gaudeat priuilegio fori: & an lite hac pendentem custodiendus sit in carcere seculari, an potius in Ecclesiastico: præter Authores antiquos, quos ipsi referunt, consulendi sunt Couar. quæst. pract. c. 33. n. 1. & sequentibus. Iulius Clarus lib. 5. receptarum §. fin. q. 36. nu. 21. Burgos de Paz conf. 22. n. 3. Anton. Cuc. lib. 3. instit. maiorum. tit. 9. nu. 76. Mascardus de probat. concl. 689. num. 9. Farinacius in sua practica. tit. de inquisitione. q. 8. n. 34. & sequentibus. Salzedo practica. c. 62. nu. 14. & 19. Barbosa. l. Titia. 35. n. 34. ff. solut. matrim.

Non amittit tamen clericus coniugatus priuilegia, per vnã, aut alterã habitũ dimissionẽ, dũmodo continuo habitũ deserat. Quodd nõ videatur habitũ deserere, quãstã tim est resumpturus. l. 3. ff. de diuor. Ita Aufferius decif. 104. Capella Tholosana nu. vnico. Antonius Cucus lib. 3. institutio-num maiorum, tit. 9. n. 69. Farinacius practica, tit. de inquisitione. q. 8. n. 68.

Nec similiter amittit, si tonsuram non deserat, quodd caput rãtum sit præ morbo

Gallico, aut caluicie. Quia nemo ad impossibile obligatur. Ita Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. finali quæst. 36. num. 17. Farinacius in practica, tit. de inquisitione q. 8. nu. 67.

At debet clericus coniugatus tonsurã, & vestes clericales deferre tempore cõmissi delicti, vt quoad illud gaudeat fori priuilegio: nec satis erit postea assumere. Sic Couar. quæst. pract. c. 31. nu. 8. vers. 5. Antonius Gemez tomo. 3. var. c. 10. nu. 5. Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. finali. q. 36. num. 15. Auendaño de exeq. mand. c. 22. nu. 12. Farinacius pract. tit. de inquisitione. q. 8. nu. 66. Barbosa alios referens. l. Titia. 35. n. 33. ff. soluto matri. Azor lib. 13. institutio-num moralium. c. vltimo. q. fin. Et in noua recopilatione huius regni, lib. 1. tit. 4. l. 2. referuntur Pium. III. in quadã bulla declarasse ad vitandas fraudes, desiderari vt sex mensibus præcedentibus delictũ, deserat habitum clericalem, & tonsuram. Addit Barbosa eo. nu. 33. desiderari quoq; delationem habitus tempore capturæ. At id non credo. Quia quanuis post delictum deserat habitum & tonsuram, gaudebit vt cũq; fori priuilegio quo ad id delictum, vt cum Alexandro, dicens esse ex mente omnium, docet Couar. proximè citatus. Idẽque docet Iulius Clarus, & Farinacius proximè allegati, & constat ex dictis, num. 4. vbi probauimus ad gaudendum fori priuilegio non attendi nisi tempus commissi delicti: non ergo refert tempore capturæ relicta esse vestes clericales, modò tempore delicti delatæ sint.

Secundò deducitur intellectus ad cap. Ioannes, de cleric. coniug. ibi, *Quoniam igitur ipse etiam tonsuratus non potest priuilegio clericali gaudere*. Ex quo textu constat clericum coniugatum non posse gaudere priuilegijs clericibus. Sed debet intelligi iuxta. c. vnico, de cleric. cõiug. in 6. de reliquis priuilegijs præter priuilegia canonis, & fori, vt bene docet glossa. eo. c. vnico. verb. declaramus, & Abb. d. c. Ioannes, nu. 3.

Tertiò deducitur clericum coniugatum seruatum omnes conditiones requisitas vt gaudeat priuilegijs canonis, & fori, in reliquis omnibus præter hæc duo, reputari morè laicum, ac proinde esse incapacem eorum omnium, quæ clericalem tonsuram desiderant. Constat ex c. vnico, de cleric. coniug. in 6. ibi, *In cæteris autem eos gaudere volumus priuilegio clericis*. Et ita docent glossa. eo. c. vnico, in casu positione.

ne, notabili antepenuitimo. Et ibi Ioan. Andr. nu. 2. Dominicus. §. finali. nu. 3. Francus eodem. §. nu. 5. Anton. c. Ioannes, nu. 16. de cler. coniug. & ibi Immola. num. 18. Decius. c. 2. q. 8. in noua editione, numer. 15. de iudic. Lambertinus de iurepatron. lib. 2. part. 1. quæst. 7. artic. 3. numer. 4. Couar. alios referens quæst. pract. c. 31. num. 9. initio. Flaminius de resignat. benef. lib. 4. q. 2. nu. 100.

Vt autem ea priuilegia perdat præter illa duo, satis est matrimonium nondum cõsummatum. Quia tunc verè assumptus est status contrarius clericatui. Quare non sufficit contractus sponsalium de futuro. Quia non est ille verè clericus coniugatus, quem textus. d. c. vnico, priuat cæteris priuilegijs clericibus. Sic Anchar. eod. c. vnico, notabili. 1. nu. 1.

Hinc rursus inferitur non posse huiusmodi clericum coniugatum esse vicarium Episcopi in spiritualibus. Quodd iurisdictione spiritualis, & Ecclesiastica non cadit in laicum, cap. 2. de iudic. At hic extra ea duo priuilegia reputatur omninò laicus. Ita Glossa, Ioannes Andr. Dominicus, Francus relati, numer. 12. Ioannes Andr. cap. Ioannes, numer. 20. quæst. 5. de cleric. coniug. & ibi Anton. numer. 16. Gardin. num. 6. q. 4. Anchar. nu. 11. q. 5. Immola, nu. 18. Abbas. cap. 2. eodem tit. num. 21. Henricus cap. diuersi, nu. 7. eodem, tit. idem Abbas. cap. 2. num. 12. de iudic. & ibi Felinus, num. 6. vers. fallit primò, & ibi Decius, quæst. 5. in noua editione, num. 123. Lambertinus de iurepatron. lib. 2. par. 1. quæst. 7. ar. 3. num. 3. Angelus, verb. beneficium, nu. 15. & ibi Armilla, nu. 19. Sylu. verb. beneficium. 3. q. 4. n. 8. Tabiena, verb. beneficium. 2. q. 12. nu. 14. Antonius Cuenus lib. 2. instit. maiorum, tit. 8. nu. 48. Maiolus de irregul. lib. 1. c. 34. nu. 8. Sbrozzius alios referens de officio vicarij. q. 3. n. 5. Nec etiã potest esse delegatus ad causam spirituales, nec sententia eius tenebit. Quodd feratur à non competenti iudice. c. clericum nullus. 11. q. 1. Ita Ioannes Andr. d. c. Ioannes. n. 20. Anton. Anchar. Card. Immola, Henricus, Decius, nu. 15. q. proxime allegati. Potest tamen si Episcopus habeat iurisdictione temporalem, esse vicarium in ea iurisdictione temporalis. Quia cũ ea secularis iurisdictione potest laico competere. Ita Decius. c. 2. de iudicijs. q. 5. in noua editione, nu. 125. Zacharias additio-nibus ad Abbat. c. 2. littera. B. de cler. cõiug. & multis citatis Sbrozzij. d.

q. 31. num. 11. Insuper potest esse affessor Episcopi. Nam & laicus potest id munus obire. Ita Hoff. c. 2. ad finem, de iudicijs, & ibi Anton. num. 6. sine. Abbas, num. 13. Alexander de Neuo, nu. 32. Decius, num. 131. Ripa nu. 17. Baldus, nu. 10. sine. Felinus. n. 6. Archid. c. plures, super glossa per arbitrium. 1. 6. q. 1. Dominicus. c. statutum §. affessorem, nu. 5. in principio, de rescript. in 6. Antonius Cucus, num. 49. Maiolus, Sbrozzius, nu. 12. alios allegans, proximè citati. Quare si Episcopus laicum, aut clericum coniugatum constitueret suum vicarium in spiritualibus, ne dispositio vana esset, deberent verba impropiè sumi pro affessore. Sic Baldus, Felinus, Maiolus, Sbrozzius, num. 10. proximè allegati. Ratio autem cur affessoris officium possit laico competere, ea est. Quia officium affessoris est consilere. l. 1. ff. de officio affessoris. At tale consilium potest etiam in Ecclesiasticis laicis conferre, vt tradit Innoc. c. 2. de iudicijs, in fine.

15 Nec similiter poterit interesse diuinis tempore interditi talis clericus coniugatus. Quòd solis duobus dicitur priuilegijs fruatur, & ita docent Nauar. summa. c. 27. nu. 174. Toledo lib. 1. summa. c. 20. num. 3. Aragón. 2. 1. q. 12. ar. 1. dubio. 1. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 116. conclus. 4. nu. 4. Qui bene id temperat cum Nauar. ro. d. n. 174. nisi alicubi consuetudo legitime præscripta contrarium obtinuerit.

16 Nec similiter ob eandem rationem habet priuilegium immunitatis quoad gabelas, munera secularia, indidiones, & quæcunq; alia obsequia. Hæc enim omnia onera subire tenetur instar meri laici. Sic glossa. cap. vnico, verb. in ceteris, & ibi omnes, de cleric. cõiug. in 6. & multi alij, quos refert, & sequitur Couar. quæst. pract. c. 3. n. 9. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. vltim. q. fin. & extat lex regia de hoc, lib. 1. recopil. tit. 4. l. 2.

17 Quatuor tamen potissimè quæstiones disputandæ sunt. Prima, an desideretur monitio aliqua, aut sententia, vt clericus coniugatus amittat priuilegia? Secunda an gaudeat in causis ciuilibus priuilegio fori? Tertia an perdat priuilegia canonis, & fori, quòd negotiationis vacet? Vltima, quid, si habitum, & forisam deserat, & iterum assumat?

18 Quæstio prima. An vt clericus coniugatus seruans conditiones requisitas, amittat cætera priuilegia clericalia, præter duo ca-

nonis, & fori: aut eas conditiones non seruans amittat hæc duo, desideretur monitio aliqua, aut sententia iudicis? Et desiderari persuaderet ex sequentibus. Primò, quia Tridentinum, ses. 7. de reform. cap. 10. statuit ne gaudeat priuilegijs clericalibus initiatus minoribus ordinibus cum licetis dimissorij Capituli sede vacati, quando eas concedere nequit. Et tamen Nauar. lib. 1. consil. tit. de tempor. ordin. in prior. editione, conf. 19. in posteriori, conf. 28 per totum, defendit desiderari sententiam iudicis. Quòd Tridentinum vtitur verbo, non gaudeat, quod est futuri temporis. Quo similiter verbo vtitur Tridentinum ses. 23. cap. 6. de reform. dicens clericum minorum ordinum non gaudere priuilegio fori, nisi vestes clericales deferat, aut beneficium habeat. Et statim loquens de clericis coniugatis, confirmat decretum. c. 1. vnico, de cleric. cõiug. in 6. priuans coniugatos omnibus priuilegijs, nisi conditiones ibi petitas obseruent: & si obseruent, omnibus alijs, præter canonis, & fori indultis. Ergo similiter priuatio hæc sententia iudicis indiget. Et confirmatur, quia cum clementina. de vita, & honest. cleric. decedatur clericis à certis officijs non desistetes post monitionem, perdere eò ipsò priuilegium clericale, tuncur Immola ibi, in fine, & Ioannes Andre. Ioann. q. 4. de cleric. coniug. desiderari sententiam iudicis declarans crimen. Ergo à fortiori in nostro casu, in quo Tridentinum tantum dicit, Nò gaudeat: & d. vnico dicit, Nolumus gaudere. Secundo, quia motus proprius Pij. V. contra clericos exercetes sodomiam editus sic ait. *Præsentis canonis auctoritate priuam' omni priuilegio clericali.* Et tamen contra Nauarum summa latina. c. 27. n. 249. dicentem non exigì sententiam iudicis, tuncur eam necessariam esse, Henricus lib. 1. 4. de irregular. cap. 5. numer. 1. in commento, littera. E. Grassus. i. p. decisionum, lib. 2. cap. 90. num. 5. & sequentibus. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione. c. 210. num. 2. Vega. 2. tomo summa. c. 102. casu. 2. ad finem. Tandem, quia Sotus lib. 4. de iust. quæst. 6. art. 6. concl. 2. defendit legem priuantiem eò ipsò priuilegijs, non obligare ante sententiam. Et confirmatur, quia trina monitio desideratur vt clericus in minoribus constitutus non deferens tonsuram amittat priuilegium clericale, cap. si verò aliquis. c. in audientia. c. constringit, de sent. ex com.

19 At vltima sententia est, nullam exigì monitionem, aut iudicis declarationem, sed eò ipsò amitti priuilegia per contractum matrimonij, & si non seruauerit conditiones requisitas, amitti priuilegium canonis, & fori. Ratio huius est, quòd priuatio hæc non imponatur vt delicti poena, sed ob defectum conditionis requisitæ ad gaudendum priuilegio clericali. Quòd & proxima ipsa demonstrat: & ex eò constat, quòd nullius culpæ reus sit clericus in minoribus constitutus non deferens vestes clericales: duas vxores ducens, aut viduam vxoritam. Deficiente ergo conditione cessabit eò ipsò priuilegia. Deinde, quia cõfretario statim assumptum amittitur hæc priuilegia, sicut & beneficia. Sicut ergo hæc perdetur per contractum matrimonij absq; alia sententia: vt diximus dispr. 42. num. 4. ita & illa. Atque id eò huius sententia sunt Abbas cap. Ioannes, num. 4. de clericis cõiug. Angelus ex com. municatio. 5. num. 21. Antonius Cucus lib. 3. institutionum maiorum, tit. 9. nu. 167. Boliuis practica. tit. de foro competentis, num. 128. Iulius Clarus lib. 3. receptorum, practica crim. §. final. q. 36. nu. 19.

20 Ad argumenta, nu. 18. proposita respondeo, fatendo ad incurrendam eam priuatiorem priuilegij clericalis inductam in Trid. ses. 7. c. 10. de reform. & in motu proprio Pij. V. & in clement. 1. de vita, & honest. cleric. desiderari sententiam iudicis declarantis crimen: vt docent Doctores ibi allegati. At id confurgit ex eo: quòd illa priuatio inducitur in poenam delicti. Quòd secus contingit in nostro casu (vt numer. præcedenti explicui. Et eodem modo intelligenda est doctrina Soti quando priuatio est in delicti poenam. Et per hæc patet ad omnia argumenta præter quæ ad vltimam confirmationem. Ad quam respondeo cum Abbate. c. Ioann. n. 4. de cleric. cõiug. in illis textibus esse sermonem de clerico non coniugato, qui attentò illo iure nò amitteret priuilegium per habitum dimissionem, donec ter moneretur. Secus attentò nouo decreto. Trid. ses. 23. c. 6. de reform.

21 Quæstio secunda. An clericus coniugatus seruans omnia requisita, gaudeat in causis ciuilibus priuilegio fori, an in solis causis criminalibus? Duplex est sententia. Prima affirmat tam in criminalibus, quæ defendunt ex delicto, quàm in ciuilibus, quæ ex contractu, vel quasi contractu originè ducunt, gaudere hunc priuilegio fori. Pro-

batur ex. c. vnico, de cleric. coniug. in 6. nam postquam textus ille decreuit nò posse huiusmodi clericos trahi ad iudicium seculare, siue criminaliter, siue ciuilitèr, subdit hæc. *Nec ab ipsis secularibus iudicibus debere personaliter, vel etiam pecunialiter, (vt per vtriusq; concedatur eisdem iudicibus, quod per alia denegatur) illatenas condamnari.* Nò ergo verba hæc frustratio sunt: & vt aliquid opere atur, debent intelligi de causis merò ciuilibus. Nà in criminalibus eos gaudere priuilegio fori, satis expressè retextus. Secundo, quia cõciliū Parisiense relatu. c. 2. de foro cõpet. in tardis iudicibus secularibus: quos unq; clericis cõdè nare, loquitur indistinctè de causis, siue criminalibus, siue ciuilibus: & procedit etiam in iurico cõiugato. (Vt testatur ibi Ioan. And. n. 2.) nec corrigitur per. c. vnico, de cleric. coniug. in 6. nisi per id declaratur vt constat ex contextu illius, & vniuersi, ibi. *Et cum iuxta Parisiense conciliū nullus clericus distringatur condamnari debeat à iudice seculari, præsentè declaramus eundem.* Cui ergo hæc constitutio non restringat, sed declarat illam, debet recipere omnes interpretationes, quas constitutio declarat recipere, vt est textus eù glossa clementinæ, verb. cõfuetudine, de elec. & c. is qui, verb. vel electi, eodem, tit. in 6. & hoc procedit. Hæc noua lex declarans loquitur sititibus: Et constat ex textu, in auctoritate filijs ante dotalia instrumenta natis, collat. 5. ad finem, ibi. *Cum omnibus manifestum sit oportere ea, quæ adiecta sunt, per interpretationem in illis valere, in quibus interpretatis legibus sit locus.* Vbi glossa finalis ait notandum vtrabile verbum. Et Bartolus, multaq; alij rellatis, docent Aretinus consil. 59. sine; Berolius. d. nulli, nu. 87. de rebus eccl. non alien. & c. in præsentia. n. 196. & nu. 384. de probat. Burgos de Paz. l. 1. Tauri, nu. 288. Matienço lib. 3. recopil. tit. 4. l. 2. glossa. 9. nu. 10. Tertio, quia verbum illud; *Pro cuiusmissis ab eis excessibus,* postmodum d. c. vnico, quod generale est, comprehendit etiam illud, qui cõtrahendo promissit, ac promissa nò implet, propter quod conuenitur. Item enim verè excessum admittit. Tandem, quia aliàs potior esset conditio clerici coniugati delinquentis, & furto acquirantis pecuniam, quàm innocentis, qui mutuo accepit contra. e. eum, qui de preb. in 6. Ille etenim non potest coram iudice seculari conueniri: secus de hoc. Et ideo sententiam hanc (quæ verè probabilis est) fa-

tinēt Lapis allegatione, n.8. ad finem. Fracus cap. v. nico. 5. & cum, numer. 4. de cleric. coniug. in 6. Angelus in litura de nuptijs. §. illud nu. 5. **21** Secunda sententia (cui tanquam multo probabiliori, & communissima adhareo) docet huiusmodi clericos coniugatos, in folis causis, criminalibus gaudere privilegio fori: siue criminaliter, vt dicitur vindicta, siue civiliter agatur, vt eum petitur restitutio damni illati. At in causis mere civilibus descendentibus ex contractu, vel quasi contractu, eos nō eximi à iurisdictione iudicis secularis, vt dicitur eueniendos esse. Quod probatur ex. c. vnic. de cleric. coniug. in 6. vbi expresse habetur huiusmodi clericos trahi non posse ad iudiciū seculari pro delictis ab eis admisis, siue criminaliter, siue civiliter agatur: & subditur in ceteris nullo eos gaudere privilegio. Ergo in causis mere civilibus nō iuuatur aliquid fori privilegio. Atq; ita docent Ioan. And. co. c. vnic. n. 2. Archid. in fin. Anchar. n. 4. notabili 4. Dominicus ibi. §. & cū iuxta. n. 7. in principio. Abbas. c. Ioann. nu. 3. de cleric. coniug. & c. 2. nu. 7. de foro. cōp. vbi Immolans. 3. Aretinus ibi. n. 1. notabili 1. Decius. cat. si clerici, in principio, in noua editione, n. 151. verū, non tamen videtur recedendum, de iudicij. idem Immolans. ex parte. nu. 3. de clericis coniugatis, & ibi Cardinalis in a. 3. Montalius. l. 25. paulo post principium, tit. 9. p. 1. Vellugain in speculo Principis, rubrica. 11. §. videamus, n. 1. & 6. & ibi Camillus Borrel. in add. littera. A. Rosella, verb. clericus. 2. nu. 6. Sylu. verb. clericus. 1. q. 6. Tabiena, verb. clericus. 5. n. penultimo: & verb. excommunicatio. 5. ca. su. 1. n. 27. Benedictus Capra. consel. 97. n. 85. Couar. q. practica. c. 3. n. 7. verū, prima igitur. Aules in capit. pratorij, pro exco. glossa. l. n. 29. Tallada de visitatione carceris. c. 5. nu. 17. Gonzales in varijs quæst. c. 12. nu. 29. Mozzius de contractibus, tit. de matrim. §. qui possint contrahere matrim. nu. 21. Anastasius Germonius de sacrorum immun. lib. 3. c. 15. nu. 67. Gutierrez de iuramento. l. p. c. 7. nu. 11. & 12. Farinacius in sua practica, tit. de inquisitione. q. 8. nu. 7. Bobadilla in sua politica, lib. 2. c. 18. nu. 110. Aragon. 2. 2. q. 12. art. 1. dubio. 1. Azor lib. 13. institutionum moralium, cap. vlt. q. fin. & est approbata hac sententia per legem regiam, 2. tit. 4. lib. 1. noua recop. **23** Sed retenta hac posteriori sententia, non modicū controuertitur inter Doctores il-

lius, an licet possit iudex secularis de causa mere civilis huiusmodi clerici coniugati cog. noscere, atq; illam decidere, an tamen possit eū capere, ac pro executione causę merē civilis in carcerem detrudere? Quidam enim id negant posse, quia quamuis in civilibus non gaudeat privilegio fori: ac proinde in ijs sit iudex. competens secularis: at gaudet privilegio canonis, si quis suadente: 17. q. 4. interdicti sub excommunicatione lata, manus in eum iniicit; ac proinde eam incurret iudex secularis, manus in eum iniiciens, per distributionem personalem. Et ita sentiunt Anchar. c. vnic. nu. 4. notabili. 4. de cler. coniug. in 6. & ibi Dominicus. 5. vltim. n. 8. Francus ibi. §. & cum nu. 2. Lapis allegatione. 41. num. vnic. & allegatione. n. 8. paulo post principij. Cardinalis. c. ex parte. q. 3. de cleric. coniug. & ibi Immolans. nu. 3. referens ibi Florianum. Ripa lib. 1. responsorij. c. 18. Rosella, verb. clericus. 2. nu. 7. Sylu. verb. cler. 1. q. 6. Tabiena, verb. clericus. 5. nu. penultim. Aules cap. pratorum, pro exco. glossa. n. 29. Farinacius in sua practica, tit. de inquisitio. ne. q. 8. n. 7. Zavallos quæst. pra. q. 195. in vnic. Sed profectū miror tot tantq; viros tam leui fundamento ducti ad hanc partem tuendam. Nam textus. d. c. si quis suadente, excommunicat iniicientem manus violentas in clericū gaudentem eius canonis privilegio. At iudex secularis detrahens in carcerem huiusmodi clericum coniugatum, ad executionem contractus, aut sententię in causa civilis lata, non vtiq; manus violentas iniicit in eum, sed potius iustas, vt potest quia in ea causa est competens iudex, ac clericus ille nullo fori privilegio in ea iuuatur. Et ideo hanc partem tuerentur, Montalius, Couar, Gutierrez, nu. precedenti allegati. Et dicunt hi duo passim apud Hispanos absq; ulla conuersione praxi admitti. Et meritō eā admitti existimō est enim verissima. **24** Ad argumenta. n. 11. proposita respondetur. Ad primū dic ea verba non esse superflua, sed privilegium magis declarare: quia prius in eo textu erat habitus sermo de tractione corā iudice seculari: & de condemnatione per sū faciēda nil expressum erat de qua in eis verbis agitur: & declaratur in super nec criminaliter, nec civiliter posse clericum coniugatū à iudice seculari in causa criminali condemnari: & parentelis illa textus; (Ne per vnam viam concedatur eisdem iudicibus, quod per aliam negatur.)

intelligitur iuxta Ioan. And. ibi. n. 2. sic, ne per viam condemnationis pecuniarie cōcedatur iudici seculari punire clericū delictā, quod per viā condemnationis corporalis denegatur. Ad secundū dicit. c. vnic. nō esse præfatis constitutionē declarantē conciliū Parisiense, vt sic iuxta illud sit omnino intelligendū: sed reuera inducū esse ad restringēda privilegia clerici coniugati, & ad declarandas eōditiones ab ipso obseruandas, vt aliquo illorū gaudeat. Atq; proinde sensus eorū verborū est. Quamuis conciliū Parisiense indistinctē statuerit nullum clericū subdi foro iudicis secularis: at quo ad clericum coniugatum declaramus id solum accipiendum esse in posterū in causis criminalibus. Ad tertium dic excessum non appellari proprie, sicut nec delictum, qui admittitur in causa mere civilis non adimplendo contractum: quamuis negari nequeat id esse peccatum: sed excessus, & delictum appellatur in causa criminali, quæ ex se ad publicam vindictam tendit. Ad vltimum die non esse absurdum, in hoc melioris esse conditionis delinquantē. Quod sic in iure statuatur: quia multo indecentius esset, in causa criminali, quæ ad vindictam de reo sumendam pertinet, clericū subdi iudicio seculari, quā in causa mere civilis, quæ ad solius damni reparationē dirigitur. **25** Quæstio tertia. An clericus coniugatus seruet omnes eōditiones requisitas, amittat privilegium canonis, & fori, si negotiationibus vacet? Pleriq; Doctores sentiunt hunc non gaudere privilegio aliquo clericali. Quia immiscere se negotijs secularibus cum iōtura, quā necessariō gestare debet, vt gaudeat aliquo privilegio, tendit in opprobrium clerici. Ioannes, de cleric. coniug. At non decens est quempiam vti beneficio legis, si in illam delinquat. c. quia frustra; de vlturis. Et ideo hoc sustinent (quod probabile est.) Ioannes Andr. c. vnic. nu. 3. de cleric. coniug. in 6. & ibi Archid. n. 1. verū, retinent, Dominicus. 5. final. nu. 6. Anton. c. Ioannes, in fine, de cleric. coniug. & ita intelligit glossam ibi, verb. nō potest, in fine. Sed re vera glossa nō loquitur nisi de privilegio ne vextur clericus gabellis. Idem Immolans ibi. nu. 6. fatens tamen non carere hanc partem dubitatione. Bofsius practica, tit. de foro compet. n. 128. Iulius Clarus lib. 5. receptorum. §. final. q. 36. n. 12. Farinacius practica, tit. de inquisitione. q. 8. nu. 93. Azebedo lib. 1. recopul-

tit. q. 11. fin. & sanet glossa. c. si qui verò, verb. inuigilant. d. 37. vbi ait clericum coniugatum debere à negotiationibus abstinere iuxta eum textum interdicentem clericis vacare illicitis. Et Innocentius. d. cap. Ioannes, in fine, ait excepto privilegio canonis, nullo gaudere huiusmodi clericum. Addit tamen Bofsius proximē allegatus desiderari ad hanc privilegiorum amissionem, vt prius clericus ille mōneatur vt desistat à negotiatione. Id enim petitur. c. final. de vita, & honest. cler. sed Archid. nuper allegatus nullam monitionē exigi docet. Quod id. c. finale trinam postulans monitionem, loquatur de clericis non coniugatis, qui difficilius privilegij priuatur. **26** At multo verius est, nō ob id priuari privilegij clericalibus. Quia his clericis coniugatis licita est negotiatio honesta vitus causa, licet alijs clericis sit interdita, argumento deducto ex. c. Ioann. de cleric. coniug. nec huic indecēs est tonsurā deferēdo hęc negotiationi honestę vacare. Et ideo huius sententię sunt, Montali. l. 27. tit. 9. p. 1. paulo post principij. Francus. c. vnic. §. & cū n. de cler. coniug. in 6. Anchar. ibi. n. 2. notabili. 1. Angel. verb. cleric. 9. n. 3. Sylu. verb. cleric. 3. q. 3. Tabiena, verb. cleric. 3. q. n. 2. Couar. quæst. practica. c. 31. n. 8. verb. sextō. Azor lib. 1. 3. institutionū moralium, cap. vlt. q. final. Addunt tamen Anchar. & Montalius, fortē nō debere defendi ab Ecclesia hos clericos coniugatos si post trinā monitionē nō desistant à negotiatione. Sed melius Angel. Sylu. & Tabiena docēt non posse cogi desistere per priuationē privilegiorū clericalij, quibus gaudent. Quia nullibi id cauetur de clericis coniugatis, & relicta operā dant. Addit Azor eadē. q. fin. gaudere privilegij, si arma deserant. Sed id non credonēc Authores, quos ipse refert, id dicunt. Quia non incedit in habitu clericali portans publice arma. At omnes vestes apparentes debent necessariō esse clericales, vt probauit, nu. 5. **27** Quæstio vltima. An clericus coniugatus eū vnica, & virgine, vestes clericales, & tonsurā deponens, ita amittat privilegia clericalia, vt ea nequaquā recuperet, resumptis vestibus, & tonsurā Triplicē inuenio sententiam. Prima docet eū nequaquam recuperare privilegia. Quia eū semel vitam laici elegerit, respicere nequit. Quod enim fecerit placuit, amplius displicere nō potest, regula; quod semel, de regulis iuris, in 6. & maxime in his præiudicialib. c. vnic. de po-

ulrat. praelat. in 6. ibi. *Redeandi ad alia. postquam unam elegerit, sibi licentia penitus interdicta, &c.* ut quis duas, de elect. in 6. in fine. Secundo, quia cum factio proprio privilegium clericale amiserit, ad illud solo proprio facto se habile reddere nequit. h. 2. §. fuit qua sit. ff. ad senatus. conf. Trebell. ibi. *Quia in rem suam auctor esse non potest, &c.* cap. per nostras, de iure patron. Sic tenere communiter Doctores Padua: ut referunt Ioan. Andr. c. Ioannes. q. 4. num. 19. & ibi Anchar. n. 10. q. 4. de cleric. coniug. & ipsi manent dabi, dicuntque esse necessariam Pontificis declarationem. Eandem sententiam tenent Afflicti lib. 1. constitutionu, rubrica. 3. n. 22. Auendaño de exequen. mádar. regum lib. 1. c. 22. n. 15.

28 Secunda sententia distinguit sic, si clericus ille sit monitus, & sententia lata priuatur privilegij, ita ea amittit, ut nunquam recuperare possit: & similiter si monitus sit cum comminatione amittendi privilegia: scilicet si monitus non sit: aut monitus absque praedicta comminatione, nec sententia priuatur praesertim, ita Ant. d. c. Ioannes. n. 15.

29 Tertia sententia (cui adhaereo,) ait recipi perari privilegia ab huiusmodi clerico resumente vestes clericales, & habitum. Quod non omnino huiusmodi clericum deponere velles iura clericali privilegio denudat: sicut bigamus. sed solo privilegiorum exercitio. Quod aperte indicant ea verba c. vnici, de cleric. coniug. in 6. in fine, ibi. *Eos gaudere non vult privilegio clericali.* Quae verba solum exercitium respiciunt, ergo recuperant seruando conditiones requisitas ad gaudendum. Et confirmatur, quia quando ob aliquam causam priuatur aliquis privilegio clericali, intelligitur quoad possessionem, non quoad proprietatem, ut tradit Alexander de Neuo. conf. 62. l. n. 6. Secundo probatur ex c. clericus, cl. 2. de vita, & honest. cler. vbi de clerico, qui dimissa tonsura vxorē duxit, dicitur ut iterum tondatur. Quem textum dicit ibi Abbas. n. 4. fortiter probare ex tōsurę dimissione non perdit privilegium absque spe recuperandi. Quorsum enim tonderi deberet, nisi ut iterum privilegio gauderet? Tertio, quia humanitas iuste poenitentiae auferri non debet. c. si quis libellos. 2. q. 6. Quarto, quia non est absurdum ad id quae propria facto restitui, quod proprio facto amiserat. c. quia saepe, de elect. in 6. omnis enim res per quacumque causas nascitur, per easdem dissoluitur. c. n. de regulis iuris. Quinto, facit doctrina Innocen. c.

final. de vita, & honest. cler. in fine. & ibi Hof. n. 9. Anchar. nu. 5. dicentium clericos negotiatores amittere privilegium clericale ad tamē redire, dimissa negotiatione. Sexto, probatur ex clem. 1. de vita, & honest. cler. vbi de clericis qui ter moniti non desistunt à carnificis officio, sic dicitur. *Qui si tulerit moniti ab his non desisterint, aut ipsa exercitio resumpserint quodcumque, coniugati omnino, non coniugati vero in rebus.* & si omnino incidat ut laici in personis privilegij clericale quādiā promissis insisterint, eorum amittat. Vbi licet varia sit interpretatio Au thor, an verbum omnino, denotet priuationis perpetuitatem, an solam priuationem omnium privilegiorum, quibus gaudet clericus coniugatus: at reuera non denotat perpetuitatem, sed particula, quamdiu, refertur ad omnino. Nam est vnica oratio, & clausula omnia contenta in eadē oratione determinat. In repetendis. ff. de legat. 3. Non ergo per contrarium in actu amittitur in perpetuum privilegium, sed diu ab illo non desistit. Tadem, quia privilegium hoc in nullius damnū vergit: cum in sola immunitate persona, & fori quoad causas criminales consistat. Et idēdē hanc sententia fuit decisa Bononia: ut testatur Ioan. Andr. c. Ioannes. q. 4. nu. 19. de cleric. coniug. & quantis ibi ipse dubius maneat, at tenet hanc sententiam idēdēdē. vnic. n. 2. & in fine, de cleric. coniug. in 6. & ibi Archid. n. 1. vers. retinent. & ibi Ioannes Monach. nu. 2. Probus in addit. ad ipsos. n. 4. & ibi Anchar. nu. 6. q. 3. Dominicus. el. 2. nu. 4. & c. fin. n. 11. de vita, & honest. cler. Florianus, quē refert, & sequitur Immol. d. c. Ioannes. nu. 17. Francus. d. c. vnico. §. & cum. n. 6. Alex. conf. 1. 49. n. 7. vol. 6. & confil. 8. nu. 4. volum. 1. D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 1. in principio, col. 1. vers. de percutiente clericum coniugatum. Angelus excommunicatio. §. n. 23. Syl. excommunicatio. 6. §. 4. vers. si autē talis. Tabiena excommunicatio. §. casu. 1. n. 27. Additio ad decisionem Tholosanam. 104. nu. 2. Couar. quæst. pract. c. 31. nu. 8. vers. 5. in fine. Iulius Clarus lib. 5. receptorum. §. fin. q. 36. n. 15. Anton. Cucus lib. 3. institutio. num. maiorum, tit. 9. n. 67. Barbosa. l. Titio. 35. n. 33. ff. soluto matti.

Hinc deducitur, clericum coniugatum, qui vnica vxorē, & eam virginem accepit, conseq. quae ea mortua omnia privilegia, quae clerici non coniugati prima conseq. iure habent, si redeat ad propria clericorum

ministeria. Quia ea extincta non erant, sed suspensa, ut num. praecedenti probaui. Et ita docent Abbas. c. clericus, el. 2. num. 4. de vita, & honest. cler. Ioan. Andr. & Archid. num. praecedenti allegati. Dominicus cap. vnici. §. final. num. 5. & Francus eodem §. nu. 4. de cleric. coniug. in 6. Additio ad decisionem Tholosanam, Couar. Iulius Cla-

rus. n. 18. Anton. Cucus. Barbosa, nu. praecedenti relati. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. vltim. q. fin.

Ad argumenta. nu. 27. proposita, dic illa procedere, vbi privilegia omnino extincta essent. At in hoc euentu sunt solū suspensa. dum non refumuntur habitus, & tonsura, ut probaui, nu. 29.

DISP. QUADRAGESIMASEPTIMA.

An vxor clerici coniugati gaudens privilegio canonis, & fori, gaudeat eisdem privilegij?

S V M M A R I V M.

Non gaudet privilegio canonis, quo fruatur vir, nu. 1.

An vxor clerici in minoribus constituti fruatur privilegio fori, ut maritus? Refertur quaedam sententia, nu. 2.

Proponitur auctoritas sententia, nu. 3.

Est gaudere privilegio fori, id est dicitur a viro viro. Et explicatur quando privilegium competens alicui tamen principali, & inde ad alios derivatum, extinguatur extincto principali, nu. 4.

An vxor clerici in sacris constituti, qui ad ordines de eius licentia promotus est, gaudeat omnibus privilegijs clericibus viri? Refertur duplex sententia, nu. 5. & 6.

Proponitur auctoritas sententia, nu. 7.

Satisfit argumentis, nu. 8.

Constat apud omnes vxorē minimè gaudere privilegio canonis: Siquis suadente. 17. q. 4. ac proinde manus violentas in ipsam iniicientem non incurere in excommunicatione. Quod hoc privilegium sit persona ipsius clerici concessum in ordinis clericali reuerentia. Atque ita tanquam certū fatetur Immol. c. 2. nu. 3. de foro comp. & ibi Alexan. de Neuo. n. 21. Felinus dicens esse omnium. n. 3. Tiraquel. post leges cōnubiales. gl. 2. n. 61. Auiles cap. pratorū, in proemio, gl. 1. n. 28. Perez lib. 1. ord. tit. 5. l. 1. fol. 58. §. contrarium tamen.

De privilegio autē fori est difficultas. Et potest in duplici casu quaestio hanc disputari. Prior est, de vxore clerici in minori bus constituti gaudens privilegio fori. Posterior, de vxore clerici, qui ipsa cōsentiente trāsijt ad ordines sacros. Et in priori ca-

su, quidā existimant ipsam gaudere privilegio fori. Ducuntur, quod familia gaudeat privilegio domini. c. final. de officio Archidiaconi, ibi. *Hominum, ac familiae suscausis lita: ac exceptis.* Vxor autē censetur de viri familia, l. fin. ff. ad municip. l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12. Secundo, quia generaliter traditur vxorē fortiori debere forum ex persona viri. cū quaedā puella. ff. de iurisd. omniud. Tertio, quā. l. 2. C. de episc. & cleric. privilegium immunitatis quoad publicas exactiones ipsis cōcessum clericis, extenditur ad eorū vxores. Tandē, quia in dispositione quavis stricta, cōcessa viro cōsentur quoque vxori concedi: iuxta doctriam glossae in c. ad monere, verb. partē. 33. q. 2. vbi ait excipientē sibi alimenta, excipere quoque vxori, eod quod sine vna caro.

Et idēdē huius sententia: (quae verè est probabilis) sunt glossae. c. clericum, el. 1. verb. clericum. l. 1. q. 1. & cap. eos qui, verb. eos d. 3. speculator, tit. de clericis coniugatis §. vnico. nu. 5. vers. & nota. Ioannes Monachus. c. vnico. nu. 1. de cleric. coniug. in 6. & ibi Dominicus. §. finali. nu. 7. fin. Abbas cap. 2. nu. 7. de foro compet. & ibi Immol. n. 3. Felin. n. 3. Aretinus. n. 10. Vellugain speculo Principum, tit. de propositione grauium. §. videndum, col. 2. Tiraquel. post leges cōnubiales. gl. 2. n. 54. Angelus, verb. excommunicatio. 7. casu. 5. num. 8. Syl. verb. excommunicatio. 9. casu. 5. n. 2. l. si ne. Tabiena excommunicatio. §. casu. 18. q. 7. n. 8. Auil. in cap. pratorū, protemio, gl. 1. n. 28. Anton. Cucus lib. 3. institutio. maiorum, tit. 9. n. 20. Perez lib. 1. ord. tit. 3. l. 1. fol. 57. §. vxor etiam clericus.

At verius est minimè gaudere. Ducor, quod hoc privilegium fori, sicut & canonis, sit